

uando. nec solis tantummodo cursum quaerremus: quasi dn̄ quidem credentes: sed ultra nostri curam sublimatum iuxta eos qui dicunt Nubes latibulum eius. nec nostra considerat & circa cardines caeli perambulat. Nec rtem lunae solius plenum capremus exortum quasi iuxta pelagianos. absq; gratia supernabeam ēē queamus. Uerum iuxta eum qui dixit. Dī meus misericordia eius prueniet me. in nostri paschae celebrationem aequinoctialem solis exortum. cuncta uidelicet tenebrarum offendicula deuncentis plenilunio nostrae deuotionis uestigio sequente dedicemus. Hanc mosaici paschae rationem. die proprio resurrectionis perfecte. quinon uenit soluere legem sed adimplere. Dequib: singulis suo loco consequentius prout dīs dederit exponemus. Nunc admonere contenti duodecimo kalendarum aprilium die occursum aequinoctii. & ante triduum hoc est quintodecimo kalendarum eorundem. primum saeculi diem ēē notandū. cuius adindicium primatus. ibi reor antiquos in rotum zodiaci circuli uoluisse praefigere. Neq; enim illa die uel romanorum ut grecorum uel certe aegyptiorum mensis annusue cuius hoc causa fieri & orrtur. Sed nec ab his gentibus quam uis se graeci iactitent. uerum ab antiquioribus chaldeorum astrologia coepit. A quibus abraham patriarcha ut iosephus testatur edoctus utdn̄ caeli siderum conuersione cognouit. ipsam mox disciplinam uerae eius intellectam aegyptiorum genti cum apud eos exularet adduexit. Nam & in libro beati iob quinon longe post abraham ex